Eiusdem Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Ovrucen. personaliter comparens Nobilis Gregorius olim Karp Wołochowiec de Hryniewicze sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Generoso Gabrieli Hryniewiczy olim Generosi Philemonis filio in Hryniewicze haeredi et eius successoribus Omnia et singula bona sua Mobilia et immobilia in haereditate Hryniewicze consisten. sibi recognoscenti per quasvis personas iure perpetuo inscripta et sive se quovis modo ac iure titulo spectan. et concernen. In Areis hortis agris pratis campis sylvis aquis stagnis piscinis fluvijs aedificijs Omnibus parvis et Magnis ubivis existen. generaliter cum Omnibus et singulis attinen. fructibus proventibus attinen. et pertinen. ex eisdem bonis quovis modo provenien. Nullis exceptis dedit donavit inscripsit et in perpetuum assignavit. Cui iam exnunc introm. realem cum pacca. possessione per Nobilem et Nobiles duos officii acceptandam dat et admittit. Submittendo se de Omnibus bonis cum successoribus suis Memoratum Donatarium suum et eius posteros occasione Commissionem ab Omni impedimento iuridico quarumvis personarum propinquarum et remotarum per Omnes personas Contra tueri defendere evincere liberare se et per submissas personas non inuincere sub damnis Omnibus simpliciter taxatis Et Coram officio praesenti in primo citationis Termino peremptorio responsione Omnibus iuris remedijs se et suos successores abscribendo.

Hryniewicki Ancuty Arenda.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Ovrucen. personaliter comparens Nobilis Marina consors relicta olim Andreas Ancuta ad praesens consors Nobilis Theodor Hryniewiczy cum eiusdem Mariti sui ubi tutoris coniugalis personali assistentia et consensu Voluntaneo Nomine suo et Nobilium Semuin et Petri Ancuthro filiorum suorum cum primo Marito procreatorum a quibus de rato et grato cavet ac se de bonis Omnibus cum posteris suis inscribit sub vadio et ligamentis infrascriptis Sana mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Martino Hryniewiczy filio Hiacinthi et eius posteris Bona sua et liberorum suorum Minorennium in bonis Ancuty consisten. se et liberos suos concernen. in Areis hortis agris pratis campis sylvis hominibus inbeltis sylvis pro Necessitate domestica et reparatione servium subsequentibus aedificijs stuba Izba Camera Atrio Caula ergastulo vulgo Ulec balneo Wedro, sine seminatis et peccoribus alijs generaliter Cum Omnibus et singulis attinen. et pertinen. Nullis exceptis pro summa sexaginta floren. Polon. in domo solvenda hinc ad decursum trium annorum immediate se sequentium arendavit et in possessionem misit. Cui iam exnunc introm. realem cum pacca. possessione per Nobilem et Nobiles duos acceptandam dat et admittit Submittendo se cum suis successoribus Memoratum tenutarium suum et eius posteros occasione

Commissionem